

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Sanctae Mechtildis virginis ordinis Sancti Benedicti Liber specialis gratiae**

**Mechthild <von Hackeborn>  
Mechthild <von Magdeburg>**

**Pictavii, 1877**

Caput XLV. Quod dominus Jesus gaudet de poenitentia peccatoris.

[urn:nbn:de:bsz:31-60070](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-60070)

## CAPUT XLIV.

QUALITER DOMINUS JESUS CHRISTUS SIBI SERVIENTIBUS SERVIT.

**D**UM quædam persona in choro Collectas diceret, vidit Dominum Jesum in specie juvenis pulcherrimi, coram ea stantem, librumque ipsi tenentem, et supra pectus ejus se reclinantem, et ei dicentem : « Sequar te quocumque ieris ; mihi tolli non poteris. » Illa vero cœpit mirari cur tantam amicitiam Dominus illi exhiberet ; cui Dominus : « Ego scio quid in ea prævaleo, et ego sibi sensus in omnibus duplicabo. »

Sequar te;  
mihi tolli  
non poteris.

## CAPUT XLV.

QUOD DOMINUS JESUS GAUDET DE PŒNITENTIA PECCATORIS.

**I**TEM cum pro alia oraret, hoc responsum accepit : « Ego eam sine intermissione subsequor, et cum per pœnitentiam seu desiderium, vel amorem ad me convertitur, ineffabiliter gaudeo. Debitori enim majus gaudium nullus facit, quam qui ei thesaurum quo se solvat tribuit : ego vero me quodam modo debitorem Patri meo feci, cum pro hominis culpa me satisfacere sponendi ; ideoque nihil desiderabilius et jucundius mihi reputo, quam ut homo per pœnitentiam et amorem ad me revertatur. »